



**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et  
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.  
Canonum Ordinarii Professoris**

**Laymann, Paul**

**Dilingæ, 1666**

§. Illis etiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

tempus definitum sit, intra quod causam definire, seu expedire debeat, id trahendum non esse ad executionem sententiae: Quin etiam post lapsum eius temporis exequi poterit; cum iurisdictionis eius omnino finita non sit, arg. c. significasti, 7. hoc tit. & tradit hic Ioan. Andr. n. 19. Abb. cit. c. significasti n. 2. & sumitur ex c. querenti, 26. infra eod. Sed secundum dicendum, si terminus praefixus sit iurisdictioni delegati, cum etiam executio sententiae iurisdictionis actus sit.

bus decretam minuere non possit dispensando, multo minus augere; nihilominus, propter particulares circumstantias minuentes, vel aggrauantes, arbitrari seu interpretari potest, non recedendo a mente legislatoris (quippe qui omnes casus particulares prudere non poterat) seueriorem aut mitigarem pœnam inferendam esse, ut bene doceat Abb. cit. n. 16. & sumitur ex l. aut facta, 16. ff. de pœnis.

## CAPITVLVM V.

## Præterea.

## PARAPHRASIS.

Si causa alicui delegata sit, tametsi partes nullum a delegato mandatum acceperint, neque in literis expressum sit, quod iudex delegatus contumaces punire, eisque censuram inferre possit, nihilominus ea auctoritate delegantis exercere potest; Nam eo ipso quod causa alicui commissa est, censentur alia omnia commissa, quae ad causam expediendam pertinent, seu necessaria sunt.

## SUMMARIUM.

1. Index ordinarius & delegatus panis imponere potest iuxta causam ac delicti qualitatem.  
Non tantum partibus contendentibus, sed etiam testi falsum dicenti in iudicio, si per hoc iuris delictio delegati impediatur, vel retardetur.
2. Concesso uno, censentur concessa alia omnia, sine quibus illud expediti non potest.
3. Et vice versa prohibito uno censentur iam prohibita reliqua, per qua pernicietur ad illud.

**N**O T A N D V M I. Non tantum iudex ordinarius, sed etiam delegatus pœnas imponere potest, iuxta causam ac delicti qualitatem, Quia alioquin eius potestas inefficaciter foret, ac parum timeretur. Neque de hoc dubitari potest, si sermo sit de partibus con-

## §. Illis etiam.

**S**i partes a delegato iudice legitimo modo citatae, accedere vel eiudem mandato parere recusent, pœnam eis infligere debet, si quæ iure canonico definita sit; alioquin pro qualitate delicti, & causæ, arbitriam imponere.

**3. N O T A N D V M I.** Duplex esse potest contumacia rei; una in non veniendo, cum citatus fuit; altera in non parendo iudicis mandato. Et esse priorem ac veluti duplum contumaciam, quæ in non veniendo est, ex communi tradit Decius super rubr. de iudic. not. 7. Barbatia hic col. 7. Ob vtramque autem, si reus in contumacia perseveret, excommunicationis sententia infligi potest, teste Decio vbi suprà, Barbatia col. 8. & Felino num. 9. vbi ait, omnem delegatum iudicem coercitionem aliquam habere, ita ut si aliæ pœnae, aut mulæ non sufficiant, excommunicare possit, arg. c. ex literis, 29. hoc tit.

**4. N O T A N D V M II.** Iudex tenetur delinquentibus pœnam imponere, quæ legibus definita est. Neque potest in aliam mitigationem commutare, aut dispensare, si sit inferior Principe. Ethabet id locum etiam in iudice ordinario, si dispensandi potestas in lege Superioris concessa ei non sit, ut constat ex l. 1. ff. ad SC. Turpilian. & contra Gl. hic vor. eandem infligas, docet Ioan. Andr. n. 4. Abb. n. 16. Barbatia col. 8. Menoch. in arbitrarijs qq. casu 96. n. 10. & seqq. Farinac. in praxi criminali, tract. 13. q. 17. n. 3. S. Th. 2. 2. q. 67. a. 4. Porro tametsi iudex pœnam legi-